UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Ex violatione interdicti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

Ex iterato Baptiſmo.

1. QVi ſcienter aliquem rebaptizat, aut ſe ſinit rebaptizari. Excuſat autem ignorantia, dubium, metus grauis, & defectus intentionis rebaptizandi.

**Nau.n.246.Sayrus l.7.c.8.Tol.l.1.c.28.Maiol.l.3.c.14.Viual.num.43.* Quidam tamen dicunt, per ignorantiam facti rebaptizantem eſſe irregularem. *vide Sayrum l.c.n.8.*

2 Non incurritur irregularitas ob iteratam Confirmationem.

*Non} *ita Scot.4.d.7.q.5.Tol.l.1.c.28. ex communi, Suarez ti.3.d.38.ſect.1.2. Sayrus l.c.nu.28. ſed Nauar.l.c.Maiol. l. c. c.15.Philiarcus l.4.c.14. Graff.l.4.c.27.Viual.n.44.* oppoſitum tradūt: idem dicas de ordine.

Ex violatione Interdicti.

1. CLericus celebrans in loco interdicto, itemque prælatus faciens celebrari in ſua præſentia, eſt irregularis: non habet autē locum id in ceſſatione à diuinis, aut in Eccleſia polluta, aut Interdicto generali non ſeruato à matrice Eccleſia, aut in baptizante in Eccleſia interdicta.

2 Diſpenſat Papa ad aſcendendum ad Ordinem altiorem, Epiſcopus verò vt miniſtretur in ſuſcepto. **Nau.n.244.Maiol.l.3.c.20.n.3.*

Ceſſatione} *Id.16.in fine.* (Polluta) *Maiol.c.23. nu.10.*

Diſpenſat ꝫ *Nau.n.243. Maiol.l c.* de ſolo E-piſcopo loquitur.

Ex peccato notorio.

1. QVidam putant omne peccatum notorium facere irregularem, alij ſolam fornicationem: ſed nec id eſt in vſu. Infamis quidem ob ingens crimen repellitur ab ordine. Diſpenſat verò Epiſcopus, quanquam ſublata infamia non video opus eſſe diſpenſatione; quamdiu verò manet, non puto Epiſcopum poſſe diſpenſare, niſi fortè eam per ſententiam auferendo.

**Vide Nau.nu.248. Tol.l.1.c.28.num. 6. Viual. num.99.*

Epiſcopus ꝫ *Viual.num.106. Nau.255.*

IVDAEVS.

1. CEſſante periculo, non eſt mortale cum Iudæo conuerſari, etiam ſimul habitando, non tamen eius medici opera vtendo, *iuxta Conſtit. Gregor. XIV.*

**Vide Eum. verſ. Iudæus, n.2.3.5. Syl. verſ. eodē.* de hac re multa *Azorius l.8.c.22.*

Prohibet tamen *c. Nullus.28.q.1. vide c. omnes, ibid.*

2. Licet ei vendere ea quibus vtitur in cerimonijs ſuis, ſed non ea intentione, vt vtatur, nec cum certò ſcitur illis abuſuros. *Caiet. 2.q. 269. art 2. Mol. diſ.340.*

*Quidā tamen negāt: lege *Azorium l.c.q.5.*

3. Iudæo